



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Defensio Locorum S.
Scriptvrae. De Ecclesia Catholica, Et Eivs Pastore
Episcopo Romano, B. Petri, principis Apostolorum
successore, libri duo. Aduersus nugatorias ...**

Torres, Francisco de

Coloniae Agrippinae, 1580

VD16 ZV 18729

Capvt XIII. Quomodo quod Christus Petro dixit, & super hanc Petram
aedificabo Ecclesiam meam, non possit intelligi de Ecclesia inuisibili, vt
Antonius contra scripturam, & naturam vult. & Quomodo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-33634

ostendas illa in loco Ioannis, si eisdem verbis illi ministerio cōsecra-
ti sunt apostoli: aut si ostendere nō potes, restat, vt fatearis non eijf-
dem verbis consecratos fuisse illi ministerio remittendi, & retinē-
di peccata; aut si hoc nolueris, reliquum erit, vt probes, illud, *Super
hanc petrā edificabo Ecclesiam*, nihil pertinere ad illud, quod adiu-
ctum est eidem Petro dictum, & tibi dabo claves regni cælorum.
Cum autem horum trium nullum facere poteris, effectum erit, qua
sumpsisti, omnia falsa esse, & ἀσυμπέρασα. aggrediamur aliud ca-
pit. Sequitur:

C A P V T XIII.

Quomodo quod Christus Petro dixit, & super hanc Petram ædi-
ficabo Ecclesiam meam, non possit intelligi de Ecclesia inuisibili, vt
Antonius contra scripturam, & naturam vult. & Quomodo con-
feratur Petrus origo vnitatis Ecclesiæ cum Abraam origine populi
Israelitici, & de promissione facta in vetere testamento de sacerdo-
tio Leuitico non delendo vsq; ad aduētum Christi. respondetur po-
stea Antonio exprobranti Iesuitis nouitatem Ordinis, & confuta-
tur, quod tradit, nullos esse Apostolorum successores, & demōstra-
tur auctoritate scripturæ sanctæ, episcopos esse apostolorū successo-
res, & de prouidentia in uetere populo comparata cum nouo, vnde
successio apostolorum demonstratur, & de loco euāgelij, *Ego vobis
cum sum*, vsque ad consummationem sæculi, & de verbo successoris
apostolorum in Dionysio Areop. Quomodo refellitur quod
ait Antonius pertinere ad naturā apostolatus prædicare
vbique, & ordinari immediate à Christo, et
quomodo pontifex Ecclesiæ Ro-
manæ, & omnibus
mundi Ecclesijs
præsit.

” **Q**uoniam autem, vt veritas est simplex, & per-
” petuò sibi cōstans, ita mendacia sese mutuo
” collidunt, videamus aliam quoque repugnā-
” tiam Turrianicæ disputationis. Quid enim si
” rogem, de quam Ecclesia Christus loqua-
” tur? nempe respondebit de ea, quam portæ inferorum
” non superabunt, quemadmodum hic affirmat Christus;
” at vero non posse superari ab inferorum portis, est ele-
” cto.



torū proprium, (Ecclesias enim visibiles posse deficere, tristissimis exēplis nimis est manifestū) tu vero Turriane fateris, electos nobis esse inuisibiles, & electorū Ecclesiā esse inuisibilem. Rursus centies affirmas, Petrum, & eius successorem esse & caput, & fundamentum visibile Ecclesie visibilis; quare ex tuis præmissis colligo, neq; Petrum, nec eius successorem, quicumque tandem sit, vel esse, vel fuisse, vel esse posse fundamentum eius Ecclesie, de qua Christus apud Matthæū locutus est. *Verissimum est quod ais bone Antoni, veritatem esse simplicem, & perpetuo sibi constantem: τὸν δὲ πλάγιον, ut ait Dionysius, παντοδαπὸς ποικιλία, id est, erroris verò multiplex varietas, qualis est in sectis vestris, licet negetis. Sed manibus tenetur; lege, ut alios nunc omittā, librū Frederici Staphyli prius Lutherani, & postea catholici, quē de concordia Lutheranorū inscripsit, et responde illi, si potes; aut defende Iacobum Smidelinum cōfessionistam, aut refelle Nicolaū Amadorffium Lutheranum. Sed omittamus ista, quorum fieri non potest, quin vos ipsos pudeat, licet per obstinationē dissimuletis. Veniamus ad rem, cū vocabulum Ecclesie explicares in prima ferē pagina libelli tui, dixisti primum significare congregationē electorum dei, ut 1. Tim. 3. Ecclesia est domus dei, columna & firmamentū veritatis. Eph. 5. Ecclesiā non habentē maculam, neq; rugam: & paulo post, mysteriū hoc magnū est de Christo & Ecclesia; & 1. c. Ecclesia est corpus Christi cōplementum eius, & si qui sunt loci cōsimiles. Hec tu illic, hoc locos apostoli à te obseruatos de Ecclesia electorū inuisibili, docui, & ut arbitror, satis demonstravi, nō posse intelligi de Ecclesia ista tua inuisibili, & gratulatus sum tibi, q̄ hūc locum Matt. 16. de ædificatione Ecclesie super petram, de Ecclesia electorum inuisibili accipiendum esse non putauisses, si quidem non eum inter alios notaueras; Sed fefellisti opinionem meam, reuocanda est gratulatio, & demonstrandum, non posse accipi, ut tu nunc ais contra scripturam, & naturam, cum enim Christus dixit, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, plane (inquit Isidorus Pelusiotā in epist. ad Serinum) Ecclesiā oppugnandā esse significauit. Interrogabo igitur te Antoni, estne hætenus, ut domi*

Fredericus Staphylus de concordia Lutheranorum.

Quomodo quod Christus dixit, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam

mea, & porta inferi &c. non possit intelligi de Ecclesia inuisibili, vt Antonius insanè vult. nus prædixit hoc loco, Ecclesia oppugnata visibiliter, an inuisibiliter? non credo negabis visibiliter oppugnatam tum à tyrannis, & persecutoribus, tum ab hæreticis, ne historias rerum gestarum, & memorias temporum superiorum insanè delendas esse putes. Fuit igitur Ecclesia Catholica, quæ oppugnata est, & superauit visibilis. quod. n. videri non potest, nec oppugnatio eius videri potest. Nihil enim refert, quod quedam Ecclesie visibiles, vt ais, defecerunt.

Quomodo ruina & interitus Ecclesiarum particularium visibiliu non euacuauit fidem Dei, qui de Ecclesia catholica visibili dixit, & porta inferi non præualebunt aduersus eam, ne vniversi non posse? vt igitur nihil natura in totam terram præuallere potest, sic in totam Ecclesiam cogita. Quod verò ais, proprium esse Ecclesie electorum, non posse à portis inferi superari, & fateri me Ecclesiam electorum inuisibilem esse, est quidem inuisibilis secundum electionem æternam, quam solus Deus videt, & cui voluerit reuelare, visibilis tamen est secundum communionem Sacramentorum, in qua necesse est permanere, & secundum eam cum malis etiam misceri. Quæro Antoni, Ecclesia Apostolorum, & illorum fere centum viginti, super quos descendit spiritus S. specie ignis, qui sedit supra singulos eorum, & baptizati sunt spiritu S. & igni, erat ne Ecclesia electorum? erat, dices. Erat visibilis an inuisibilis? visibilis inquit, quia ignis, qui sedit supra singulos eorum, visibilem fecit. Ecclesia igitur Catholica, quæ nunc est, & quæ illi successit, quæ ex aqua & spiritu S. regenerata est, visibilis est. Ad hæc cum Apostolus Petrus in Epist. 2. ait, quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis, nonne satis clare docet, Ecclesiam electorum visibilem esse? de operibus enim bonis, quibus Ecclesia electorum ornari debet, ait in euangelio dominus, sic luceat lux vestra coram homi-

Quomodo Ecclesia electorum necessario secundum scripturam visibilis sit.

hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Restat igitur, ut Ecclesia electorum visibilis sit, quia opera eius, quibus studere debet, visibilia sunt. Nisi putas sic operari Ecclesiam electorum, sicut operatur Deus, quem non videmus, opera tamen eius videmus. Præterea, quod hic Christus promisit Petro, quem propter excellentiam fidei elegit, ut esset exordium noui populi per lauacrum regenerationis creandi, non esse portas inferi præualituras aduersus Ecclesiam, quam super eum edificaturus erat, idem promisit, licet alijs verbis, Abraæ, quæ etiam propter excellentiam fidei elegit, ut esset origo veteris populi: possidebit, inquit, semen tuum portas inimicorum tuorum. Paulus vero ait, non omnes, qui ex circumcisione sunt Israel, ij sunt Israelicæ: neq; qui semen sunt Abraæ, oēs filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen; id est, non qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui filij sunt promissionis. Interrogemus Antonium, si semen hoc Abraæ sunt filij Dei, quos promisit non esse vincendos ab inimicis, sed potius victores eorum futuros, quomodo fiant filij Dei? an non respondebit fieri per Sacramentum visibile baptismi ex aqua & spiritu S. Ecclesia, igitur electorū, quæ ex istis nunquā vincendis constat, necesse omnino est, ut sit visibilis. Et si enim electi extra carnem militant, & arma eorum non sint carnalia, ut de se in secunda epist. ad Cor. scripsit Apost. in carne tamen ambulant: in carne autem ambulantes non possunt non esse visibiles. Illud etiam dicendū est, cum Christus promisit in loco Matthæi non esse præualituras portas inferi aduersus Ecclesiam suam, quam super hanc petram edificaturus erat, id est, nunquam esse expugnandam, licet à Satana, id est, ab hostibus, visibilibus, & inuisibilibus oppugnaretur, simul promississe, nunquam hanc petram mouendam esse, id est, caput huius Ecclesiæ, Petrum dico, quem Ecclesiæ, id est, domui sue tanquā patrem familias præficiēbat, & in ea, ut esset exordium Sacerdotij, in quo primatū haberet, collocabat. Hoc ipsum promissum in sacerdotio Leuitico tanquam in typo Sacerdotij Euangelici, quod sacerdotium Leuiticum nunquam ab aduersarijs, & hostibus tolli potuit vsq; ad aduentum domini in carne, qui erat expe-

De Petro origine vnitate Ecclesie comparatio cum Abraa origine populi Israelitici & de promissione facta Petro de Ecclesia edificata super eum nunquā superanda, comparata cum semine Abraæ nunquam vincendo.

Quod electi & si extra carnem militant, tamen in carne ambulant, & ideo Ecclesia eorū necesse est, ut sit visibilis.

Quomodo cum promisit Christus portas inferi non præualituras aduersus Ecclesiam super Petrum edificatā, simul promisit, nunquam hoc fundamentum, quod erat Petrus, conuellendum esse.

Quomodo Et ratio gentium, quando sacerdotium, & lex transferenda erant.
 quod domi Sic igitur dixit Moyses in Deut. c. 33. de sacerdotio Leuitico, pre-
 nus Iesus cans illi conseruationem, & incolumitatē, Benedic, inquit, Domine
 promisit de sacerdotio fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe, percutedorum sa in-
 euangelico micorū eius; & qui oderunt eum, non consurgant. Quomodo autē
 nunquam tollendo ab aduersarijs, idē pro-
 mit de sacerdotio Leuitico nunquam tollēdo ab hostibus vsq; ad aduentum Christi.
 hoc, quod de vmbra Euangelici Sacerdotij scriptū est, in imagine
 ipsius rei, id est, in summo sacerdote noui testamēti, qui est imago
 Christi, euenerit, vt percussa fuerint dorso inimicorum Sacerdotij
 Petri, et qui oderunt eū, non cōsurrexerint, ipsa Germania nobilis-
 sima testis esse potest. Sed de his parcius dicendum est, ne victis,
 & conatu suo frustratis insultare videamur. Respondeamus itā ad for-
 mā argumentationis tuæ. Quare, inquis, ex tuis præmissis col-
 ligo, neq; Petrum, nec eius successorem, quicūq; tandem
 sit, vel esse, vel fuisse, vel esse posse fundamentum eius Ec-
 clesie, de qua Christus apud Matthæum locutus est. Sem-
 per sumis falsa, & ἀσυνόριστα ad argumentandum. dicis, fateri me,
 esse electos nobis inuisibiles, & electorum Ecclesiam esse nobis inui-
 sibilem; verū secundum electionem, nō autē simpliciter: semper e-
 nim addere soleo, esse Ecclesiam electorum nobis inuisibilem, quia
 impletū sit in sacerdotio noui testamēti ab inimicis, & hostibus op-
 pugnatō. nouit dominus, qui sunt sui, vt Paul. ad Tim. scripsit, quod per in-
 de est, vt si dicam, inuisibilem esse secundum electionem: tu verō
 vt fallas, τὸ κατὰ λέγειν μόνον commutās εἰς ἀπίστος, id est, quod di-
 citur secundū quid, in dictum simpliciter transuertis. Deinde, quod
 Fallacia Antonij commutantis quod dicitur secundū aliquid, in id, quod di-
 citur simpliciter. dicis, propriū esse electorū, non posse à portis inferorum superari,
 immo etiam cōmune est Ecclesie permixtæ, vt Augustinus vocat
 cum alijs, tū lib. 3. de doctrina Christiana: semper enim vsq; ad con-
 summationē sæculi erit Ecclesia secundum euangelium tanquā sage-
 na missa in mare, quæ ex omni genere piscium congregat; Et tanquā
 area in qua necesse est, esse paleas, & triticū, quousq; veniat, cu-
 non posse à portis inferi superari, gregabit triticum in horreum; paleas autē comburet igni inextin-
 guibili. Videamus, quæ sequuntur. Cæterum ad tædiū vsque
 non sit propriū electorū, sed cōmune Ecclesie mixtæ.
 Bonifacium inculcas, Germaniæ, vt loqueris, Aposto-
 lum, eo quod Germanicas Ecclesias super fundamentum
 Petri ædificauerit, easque Romanis Pontificibus addi-
 xerit

herit; nunc autem Protestantium Ecclesias fidenter, & temerè pronuncias nullas esse, postquam à pontifice Romano desciverunt. Si ita est, consequitur Christum non fuisse locutum de Ecclesia super Romanum pōtificem ædificanda, cum loquatur de Ecclesia, quæ nunquā possit à suo fundamento diuelli. *Neq; mirum, si ad tædium usq;*

Bonifacium Germaniæ Apostolum inculco; quod ne semel quidē audire velles. Sed cur tu ingratus es? si enim Bonifaciū Germania non habuisset apostolū, tu nō esses factus Christianus. Quod autem Ecclesias Germanicas super fundamentum Petri Bonifacius ædificauerit, tu hoc dicis, nō nos. Non enim ædificauit Ecclesias Germaniæ super Petrū, sed super Christū, super quem ipsi etiā Apostoli ædificabant, quia aliud fundamentum nullus homo potest ponere. Christus verò Deus noster, solus super fundamentum Petri & Ecclesiā suam virtute sua diuina ædificare potuit, & ædificauit: sed tu, vt sepe dixi, non intelligens, quod loqueris, neq; de quo affirmas, omnia mīsces, & in vnum confundis, nihil discernēs. Sicut neq; totū hic à singulis partibus distinguis, cum ais, ex eo, quod dico, Ecclesias Protestantium ædificatas primū à Christo super Petrū, ministerio Bonifacij Apostoli Germanici, nullas iam esse, postquam à pontifice Romano desciverūt, si ita est, cōsequitur, inquis, Christū nō fuisse locutū de Ecclesia super Romanū pontificē ædificāda, quæ nunquā possit à suo fundamēto diuelli Ecclesia Catholica, quæ est quoddā totum, id est, oēs partes suæ. totum. n. & partes ei⁹ omnes, nō sunt plura, sed vnū: hæc inquā, Ecclesia, tota ædificata est super Petrū, quæ ab eo nunquā diuelli potuit, nec vnquā poterit; quia fidelis est, & mētiri nō potest, qui dixit, & porta inferi nō præualebūt aduersus eā. Ecclesia verò particularis hæc aut illa, illa, vel alia particulares, Germanica, Africana, aut Anglicana, nō sunt tota Ecclesia, neq; tota Ecclesia est idē simpliciter huic, aut illi parti aut illis, vel alijs partibus: licet sit idem secundū quid. Si n. tota Ecclesia esset idē simpliciter huic Ecclesiæ particulari: eadē ratione esset idē simpliciter illi alteri: ita fieret, vt hæc & illa, quia sunt vnū cū toto, essent inter se idē. Ex quo rursus sequeretur nō esse totā

Ecclesiam

Nisi Germania Bonifacium habuisset Apostolum, non esset hodie Christiana. Quomodo Bonifacium Apostolum Germaniæ, Ecclesias Germanicas super Petrū ædificasse, non nas, sed Antonius dicit non intelligens quid loquatur. Quomodo Antonius totū à partibus singulis non distinguat.

Paralogif-
mus Anto-
nij extra di-
ctione, quasi
dictum sit
simpliciter,
quod dici-
tur in parte.

Ecclesiam ex diuersis Ecclesijs compactam, & constitutam. Tui-
gitur hic peccas *παρὰ τὸ ἐν μέρει λεγόμενον ὡς ἀπὸ τοῦ εἰρημένον.* hæc e-
nim est vis tui paralogismi, Ecclesie particulares Germanicæ æ-
dificatæ super fundamentum Petri, desciverunt à Petro: verū, er-
go tota Ecclesia ædificata super Petrum, potest ab eo desciscere.
sic infert hoc Antonius, quasi totum esset idem parii simpliciter,
quod est fallum. Christus igitur non est loquutus de Ecclesia su-
per Petrum ædificanda, cū loquatur de Ecclesia nunquā à suo fun-
damēto diuellenda. Iam vides bone disputator, quomodo hoc sequa-
tur; *ex verisne, an ex falsis.* Pergit Antonius: ex ijs, inquit, quæ
ante disputata sunt, efficitur, Petri ministerium idē pla-
ne fuisse cum aliorum Apostolorum ministerio: & fal-
sissimum esse, quod Turrianus post alios Romani ponti-
ficis ὑπεραπεισῶς proponit de catholica Ecclesia super v-
num Petrum, & eius successorem ædificanda. Sic Anto-
nius totū negotium confectū putabat, antequam refelleretur. Ipse
viderit, quid deinceps responsurus sit, ne se magis revincat. Nunc
ipsum (inquit) successoris vocabulum discutiendum est.
Primum igitur hoc in quæstionē voco, potuerint ne A-
postoli in munere Apostolatus habere successores? po-
tuisse affirmat Turrianus (quid ni autem, cum hac vna
basi Rom. Sedes, vel potius regnum pontificium fulcia-
tur?) remque ita nobis explicat, vt Petro quidem Rom.
pontifex: cæteris autem Apostolis Episcopi: lxx. vero
discipulis presbyteri successerint. Hic tibi parco Turria-
ne, neque te meo iure cogo, vt ex his tuis verbis conclu-
das, non modo te tuosque gregales Iesuistas nudius ter-
tius exortos, sed alios etiam monachos longe vobis na-
tū maiores omni carere successione, cum neminem ve-
strum reperiam in hoc ipso catalogo successionis, quem
ipse recensuisti: nondum, inquam, te verbis, quibus di-
gnus es, refuto, quem nulla successione fretum non ta-
men puduit pastorum nostrorum successionem exagi-
tare, qua de re fortassis aliās. hoc est *veluti proæmium quæ-
stionis positæ, in quo quia aliud Ordini nostro obijcere non potuit*
Antonius,

Antonius, nouitatem exprobrat. Certe si nouitatem fidei exprobrasset, magno probro, & crimini nobis esset, ut est Cōfessionistis, & Protestantibus, qui confessionē fidei à Martino Luthero conceptā & Augustæ anno M. quingent. trigēs. aeditam profitentur. ipsi enim auctores, fidei vestræ annum ascripserunt, ut testatur Philippus vester Mel. in epist. ad lectorem ante confessionem Ecclesiarum Saxonicarum. Institutum vitæ monasticæ, & religiosorum, quod Ordo societatis nostræ proficitur, non esse nouum, sed cum Ecclesia Apostolica ortum, demonstrauit nuper ex scripturis aduersus Boquinum Viturigum accusatorem nominis Societatis Iesu; respondit etiam ei de nouitate nostri Ordinis, & de genere occupationum eius. Quod verò dicis, te non reperire nos, nec alios monachos in catalogo successionis Apostolorum, & discipulorum Christi, satis declaras, ignorare te quid sit proprium monachi, siue religiosi, dixi antea. tuo Arist. auctore, facile omnes errare in ijs, quæ ignorant. Esse monachum, siue religiosum, non facit presbyterum esse, aut episcopum, nisi per ordinationem fiat, ut quidem potest fieri presbyter, aut etiam episcopus; cum igitur erit factus presbyter, aut episcopus, tunc reperies in catalogo. Non possum satis mirari, te hæc aut nescire distinguere, aut dissimulare scire. Accedamus igitur ad quæstionem tuam, Nunc (inquis) ad id quod affirmas de Apostolorum successoribus, vbi te peccantē deprehendo παρὰ τὸ ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν λέγουμενον. Nam ordinarij Ecclesiæ pastores, qui purè docent Euangelium, & fideles ipsi, qui doctrinam Apostolicam retinēt, dici quidem possunt Apostolorum successores; nos autem de apostolatus natura disputamus, quem alio loco habendū esse, quam ordinarium Ecclesiæ ministerium, docet Paulus Eph. 4. & I. Cor. 12. Itaq; ipsis Apostolis in apostolatus munere successum non fuisse ita colligamus. Constat ex scriptura duo potissimum in apostolatu spectanda esse; vnum, Apostolos non vni genti, vrbi, provinciæ, vel regno fuisse alligatos, nec eorum munus alijs quam vniuersi terrarum orbis finibus circumscriptum, sic Matth. 26. profecti docete omnes gentes, &c. alterū,

Quid obijciat, & exprobrat ordini Societatis Iesu Antonius, quia aliud non potuit.

Quod nullū maius crimen obijci potest quā nouitas fidei, quæ Protestantibus obijciatur: & ipsi auctores Cōfessionis Augustanæ nouā fidem esse appositō anno cōfessi sunt.

Quomodo Antonius Sadeel quid sit propriū monachi ignoret.

» Apostolos nō ordinario modo, neq; per hominum mī-
 » nisterium, sed ἀμεσως ab ipso domino electos fuisse, Gal.
 » I. non ab hominibus (inquit) neque per hominem, &c. si
 » in his duobus non fuit successum apostolis, dico nullos
 » esse apostolorum successores in apostolatus ministerio,
 » atq; vt de priori agamus, Apostoli, quorum fuit omnes
 » gentes docere, ordinarios Ecclesiæ ministros, id est, Epi-
 » scopos, vel presbyteros constituerūt, & cōstituendos cu-
 » rarunt, idq; κατ' ἐκκλησίαν, inquit Lucas act. 14. & κατὰ πόλιν
 » inquit Paulus Tit. I. non igitur, vt Episcopi, & presbyteri
 » omnes gentes docerent, sed eum tantū gregem, cui præ-
 » ficiebantur; adeo vt Episcopatus longo interuallo diffe-
 » rat ab apostolatu. Quamobrem cum hodie nulli sint, ad
 » quos spectet hoc mandatum, profecti, docete omnes gē-
 » tes, sequitur, apostolatus ministerium non fuisse ad nos
 » vsque, successione propagatum. At enim Turrianus pro-
 » fert Rom. Pontificem, qui Petro, & Episcopos, qui cate-
 » ris Apostolis successerint. Quantū ad Episcopos attinet,
 » confecimus ex verbo dei, eorum vnumquemq; esse non
 » omnium Ecclesiarum, & gentium, sed certæ alicuius Ec-
 » clesiæ pastorem. & nemo sane, nisi planè sit ἀθεόλογος, a
 » postolatum cū Episcopatu confuderit. Romanus autem
 » pontifex quo tandem iure Apostolatum sibi vendicat?
 » quia, inquis, est Romanæ sedis Episcopus, at ea ratione
 » vni tantum Ecclesiæ præfectus est, alioqui non est episco-
 » pus: hæc autem repugnant, vni tantum Ecclesiæ, & om-
 » nibus simul Ecclesijs præfectum esse; ex quibus efficitur,
 » Romanum pontificem falsò sibi apostolatum vendica-
 » re, eò, quòd sit Rom. Episcopus. Quid? si dicat, quia Petri
 » successor est: at ne Petri quidem successione alia ratio.
 » ne sibi tribuit, quàm propter Ecclesiam Romanam: nul-
 » la igitur ratione pontifex Rom. apostolatus officium si-
 » bi arrogat. *Ad concludendū, non habere nos successores Aposto-
 » lorū, & quod te magis premit, non habere Petri principis Aposto-
 » porum successorem, vt video, nihil curas, an, quæ sumis, sint falsa,
 » & nul.*

& nullam formam syllogisticam habeant. Age verò Antoni, cum dominus Iesus post resurrectionem suam dixit Apostolis, euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus S. docentes eos seruare omnia, quæcunq; mandavi vobis, & ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi, quomodo vsq; ad consummationem sæculi cum Apostolis, qui morte prohibebantur permanere, sicut Apostolus de sacerdotibus veteris testamētī ait, permanere poterat, & permanet, sicut promisit, qui fidelis est, si in locū eorū nulli succedunt? quomodo in hac vita vsq; ad cōsummationem sæculi cū Apostolis est, si Apostoli nullo modo sunt? si nulli, inquā, sunt, in quibus adhuc viuunt? quomodo verū est, quod dominus ait, ego vobiscum sum? q̄ istud genus manendi erat cum Apostolis vsq; ad consummationem sæculi, quod, ne erraret, attendi voluit, cū dixit, ecce in carne. n. cum eis mansurus nō erat vsq; ad cōsummationem sæculi, nec ipsi Apostoli permanere poterant propter mortem. Quid igitur superest, nisi vt in successoribus victuros esse significaret? age nunc Antoni, an minus necessaria est cathedra Petri in Euāgelio, quā fuit Moisis cathedra in lege? Quis nō laudat, & admiratur illā dei summā sapientiam, & admirabilis œconomie prouidentia, quæ in Deut. scripta est, Si difficile, & ambigū apud te iudiciū esse prospexeris inter sanguinē & sanguinē, causā, & causam, leprā, & non lepram, & iudiciū inter portas tuas videris verba variari. surge, et ascēde ad locū, quē elegerit dominus deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, et ad iudicē, qui fuerit illo tēpore, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatē, & facies quodcunq; dixerint, qui præsumt loco, quē elegerit dominus, & docuerint te iuxta legē eius, sequerisq; sententiam eorū; neq; declinabis ad dexterā, nec ad sinistrā. Qui autē superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tēpore ministrat domino Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malū de Israel; cunctusq; populus audiēs timebit; vt nullus deinceps intumescat superbia. An minus ambigua, & difficilia iudicia, & q̄stiones de dogmatibus fidei in tēpus euangelij incidere solent, quam in tēpus legis veteris de varijs reb; ad legē pertinētibus incidebāt?

X 2

quod

Quomodo hic locus Euangelij, ecce ego vobiscum sum &c. necessario successione apostolorum contineat.

Cōparatio diuine prouidentie in veteri testamento de vno iudice, cum diuina prouidentia in nouo de vno item iudice.

quod ergo tunc erant illi sacerdotes Leuitici generis, quos hic Lex dicit, & ille iudex, de quo dicit, qui fuerit eo tempore, & rursus, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, sunt nunc episcopi, & pontifex, qui eis, & vniuersae Ecclesiae praest, quem Cyprianus vnum ad tempus iudicem vocare solet, qui quia non agnoscitur, idcirco hereses, & schismata oriri, dicit. hic est Petri successor, sicut erat in lege successor Aaronis iudex ille, qui erat eo tempore, nisi quod illic erat successio ex genere, hic est successio ex vicaria

De iudicio pontificis cū Concilio Episcoporum, cum necessitas quaestio- num, & difficultas, ac varietas iudiciorum postulat.

Quomodo admirabile Dei prouidentiam Ecclesiam inuident, qui Cathedralam Petri ex ea tollunt.

Quare Protestantes cathedram Petri odierunt.

ordinatione, vt idem Cyprianus loquitur. Pontifex igitur cum concilio episcoporum, cum necessitas quaestionum, & difficultas iudiciorum variorum postulat, iudicij veritatem, sicut lex dicit, iudicat; sicut contra Martinum Lutherum, & sectatores eius Protestantas & Confessionistas, & reliquas sectas ab eo ortas, quae sunt multiplices, iam iudicauit; & sicut illic, qui super bierit, inquit, nolens obedire Sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, sic Martinus Lutherus, & qui eum per malitiam, & obstinationem sectantur, facti sunt anathema, id est, interfecti gladio spirituali, quem Apostolica doctrina in libro 2. Clementis Romani gladium ignis vocat. Si illam, quam dixi sapientiam diuinam, & admirabilem prouidentiam de ambiguis, & difficultibus iudicijs, ac quaestionibus probas, & laudas, cur hanc, quam in Ecclesia vides, & omnes tui maiores, & patres Protestantium ab initio viderunt, Ecclesiam inuides? cur eam tollis, nisi quia odisti? odisti autem, quia vos cum parente vestrae fidei damnauit. Si videtur tibi laudabilis, & utilis, ac necessaria prouidentia, vt haberet vniuersus populus Israeliticus vnum Iudicem, qui adhibitis alijs sacerdotibus Leuiticae tribus, de arduis, & ambiguis iudicaret, cū opus esset: cur non vultis, vt habeat populus Christianus vnum Cepham, id est, Pontificem, ac Iudicem vnum, ad quem adeat, vt cum opus fuerit, iudicet iudicij veritatem adhibito collegio sacerdotum, (sic enim vocat Cyprianus Collegium Cardinalium) aut adhibito concilio Episcoporum, vt assolet, sicut Paulus ad Cepham ascendit Hieros. vt cum eo adhibitis Ioanne & Iacobo, Euangelium, quod praedicabat, conferret, ne in vacuum, inquit, curreret

curreret, aut cucurrisset. Premam adhuc diuinam prouidentiam, illam veteris populi cum hac noui conferens; si non potes non laudare, & admirari illā etiam prouidentiam, cū dixit dominus ad Moisen, sicut scriptum est in libro Num. c. xi. congrega mihi LXX. viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sunt, ac magistri; & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecum, vt descendam, & loquar tibi; & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris; dicam iterum, cur similem prouidentiam, immò admirabiliorem populo Christiano inuides? cur non pateris, vt acceperit, & habuerit vnum Moysen Euangelicum, qui sustētaret onus Ecclesie super eum adificatæ, & cum eo sustentarent, ne ipse solus grauaretur, alij Apostoli, & discipuli, & ij, quos ipsi Apostoli in diebus suis ordinarunt; cui Moysi Euangelico, id est, Petro successerit, qui idem onus sustentet, & ne solus grauetur, alij etiam sustentent successores Apostolorum, qui sunt Episcopi, & successores LXX. discipulorum, qui sunt presbyteri ministri verbi Dei; sicut in cathedra Moisis succedebat summus pontifex, cum quo successores illorum LXX. quibus dominus de spiritu dato Moysi impertiuit, idem onus sustentabant, hi autem erant Scribæ, & Pharisei quos Euangelium dicit; qui quamdiu, sicut à Moise à principio instituti fuerant, docebant, & non secundum suas traditiones, tamdiu de cathedra Moisis docebant; hoc enim significabat sedere super cathedram Moisis, sicut cum episcopi, & presbyteri recte tractant, sicut Apostolus ait, verbum veritatis, de cathedra Petri docent. Confirmat hæc, quæ dico, S. Ephrem Syrus, cuius quanta sit auctoritas ex historia Theodoretii intelligi potest. is igitur in sermone de Transfiguratione, sicut Moyses (inquit) societatis illius, & coniunctionis Hebræorum in Iu Deo princeps fuit, ita Petrus Ecclesie Christianorum, atq; in ille veteris, ita hic noui testamenti princeps. Sed respondeamus iam ad singula, quæ obijcis factus per Iudæos & euerriculum omnium amentiarum, quas hæcenus Lutherani contra successionem Petri obiecerunt, quasi sperarent se non esse iudicandos à Deo, &

Urgetur ad huc prouidentia diuina in vetere populo, collata cū prouidentia diuina in nouo.

Antonius Sadeel euericulum omnium calūniarū & cauilationū in successionem Petri.

in caelum ingressuros, si iudicem, quem Christus Ecclesiae Catholicae praefecit, & cui claves regni caelorum dedit, semel tollerent. O amentiam summam, & deplorandam caecitatem non sentientium, quam durum sit contra stimulum calcitrare. Primum igitur dicit, cum a firmo de successoribus Apostolorum, peccare me παρὰ τὸ ἀπλῶς τὸ κατὰ τὴν λεγόμενον. nam ordinarij, (inquis) pastores, qui pure

docent Euangelium, & fideles ipsi, qui doctrinam Apostolicam retinent, dici quidem possunt Apostolorum successores, non intelligo, quomodo Apostolorum successores facias cum ordinarijs pastoribus, etiam laicos, quos vocas fideles ipsos, qui Apostolicam doctrinam retinent: vos enim, non credo, dicitis, habere laicos sacerdotum ex ordinatione, siue impositione manuum, sicut ordinarios pastores; quomodo igitur utriusque sunt successores Apostolorum? sed de hoc tu videris, quomodo tuis Academicis hoc expedit. Ego, non semper hoc contendo, vestros, quos appellatis pastores, meros Laicos esse, neque magis esse Sacerdotes ex ordinatione, quam de

Capitolio Sacerdotes, ut de quibusdam dixit Cyprianus. Nos autem, inquis, de Apostolatus natura disputamus, quem in alio loco habendum esse quam ordinarium Ecclesiae ministerium docet Paul. Eph. 4. 1. Cor. 12. non explicasti, quomodo doceat, quod dicitis, Apostolos credo docere hoc putas, quia dicit in Epist. ad Cor. posuit Deus in Ecclesia Apostolos, & in Epist. ad Eph. ipse dedit quosdam quidem Apostolos, sed si nunc non sunt in Ecclesia successores Apostolorum? Quia Apostolos deus sine ministerio hominis posuit in Ecclesia: igitur neque vos pastores ullos habetis, quos Deus Ecclesiae dedit, quia quos ipse dedit, vel sine ministerio hominis dedit, vel per ministerium Apostolorum, quorum successores vos negatis, dedit; unde igitur eos habetis, quos habere putatis? quis eos vobis dedit? homo, an Deus? si enim homo dedit, & non Deus, unde illis potestas ligandi, & solvendi? nonne haec potestas est caelo est? igitur tu dabis nobis hac ratione successores Apostolorum episcopos; aut ipse adimes tibi pastores, & presbyteros, quos te habere credis, & defendis. Itaque, ipsis Apostolis (inquis) in Apostolatus munere non fuisse successum, ita colligamus:

con-

constat ex scriptura, duo potissimum in Apostolatu spectanda esse, vnum, Apostolos non vni genti, vrbi, prouincia, vel regno fuisse alligatos; nec eorum munus alijs quam vniuersi terrarum orbis finibus fuisse circumscriptum. Ideo Antoni effici dicit, nullos esse Apostolorum successores, quia nulli sunt, ad quos pertineat illud Apostolis praeceptum, *ite, docete omnes gentes &c.* mirum est, esse te tam obtusum, vt non intelligas, aliud opus postulasse illud tempus, cum nondum erant Ecclesiae constitutae; aliud, cum iam erant. Missi quidem sunt Apostoli in vniuersum orbem, ad aedificandas Ecclesias, quae non erant, postquam verò vbiq; constitutae sunt, & in omnem terram exiit sonus eorum, Ecclesijs aedificatis pastores praesciuntur, sicut ipsi illi sancti Apostoli Ecclesijs aedificatis pastores praesciebant, vt Titum Paulus Cretensi Ecclesiae praefecit; & Timotheum Ecclesiae Ephesi. Tu etiam hoc concedis; sed negas ministerium Titi, aut Timothei, & similium, ministerium Apostolatus fuisse: mentitus est igitur Apostolus, cum Epaphroditum Philippensium Apostolum vocauit. Fuit enim eorum Episcopus, vt testatur eruditissimus auctor Theodoretus in commentarijs epistolae ad Philipp. explanans enim inscriptionem epistolae Paulus, & Timothei serui Iesu Christi sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis & diaconibus; cum Episcopis, inquit, id est, cum presbyteris: utroque enim nomine vocabantur tunc, vt ex historia Apostolorum perspicitur potest, cum vocatis presbyteris Ephesijs Miletum, dixit Apostolus, attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus episcopos &c. Et ad Titum, propterea reliqui te Cretae, vt constituas presbyteros; & paulo post, docens, quales esse deberent, quos erat constituturus episcopos, oportet, inquit, episcopum &c. Quod & hoc in loco perspicuum est: coniunxit enim diaconos cum episcopis, non facturus mentionem aliam presbyterorum. Adde, quod multi episcopi non possunt vni Civitati praesse, atq; Epaphroditum quidem in hac eadem Epistola Apostolum Philippensium appellauit. Quae appellatio satis declarat fuisse illum Episcopum eorum. Haec tenus Theodoretus, et mihi probabilis viderur, non fuisse Episcopum Philippensium, quia non nu-

Quomodo ministerium episcopi ministerium Apostolatus sit.

Epaphroditus Philippensium Apostolus.

non nu-

non numeratur à Clemente Rom. libro VII. de Const. apost. inter episcopos, quos apostoli, dum viuerent, ordinarunt in ciuitatibus eis assignatis, sed fuisse eorum magistrum, idque significare Paulum, cum eum vocat apostolum Philipp. Sic Chry. & eum secutus Theophyl. siue igitur Paulus Epaphroditum vnius magnæ ciuitatis episcopum, ad quem non pertinebat præceptum eundi in vniuersum mundum, & docendi omnes gentes, sed vt Ecclesiam suam,

Quomodo
contra ver-
bū Apostoli
negetur, mi-
nisteriū epi-
scopi mini-
sterium apo-
stolatus
esse.

cui præpositus erat, doceret, & gubernaret, apostolum vocat, cur tu contra verbum apostoli ministerium episcopi in præsidendo Ecclesiæ suæ, in qua eum spiritus S. posuit, ministerium apostolatus esse negas? siue magis placet, vt apostolum Philippensem vocet, quia doceret eos verbum dei, cur contra auctoritatem Apostoli episcopos, quibus imprimis conuenit in Ecclesijs sibi assignatis docere verbum dei, & non proficisci ad alias gentes, dici apostolos potestate docendi verbum, negas? & potestate ligandi & soluendi apostolorum esse successores? Vt enim apostoli vtramque potestatem episcopis, quos ordinarunt, dederunt, sic episcopi episcopis, quos ordinant, dant. Dicendum est de te, quod S. Epiphanius de Aerio

Quæ Anto-
niū, & Pro-
testantes in-
ducant ad
negandum
nobis Apo-
stolorū suc-
cessores.

hæretico, qui dicebat, episcopos & presbyteros æquales esse, ἡ ἀδελφότητα αὐτῶν ἡ ἐρχεῖται καὶ ὁ ζῆλος: id est, nugatio, & liuor eum decipit, sic te etiam inuidia, liuor, & maleuolentia, & nugandi studium, ad negandos nobis Apostolorum successores adduxerunt, ne si non negares, necesse esset, dare pontificem Rom. successorem Petri,

Quod Boni-
facius Ger-
maniae A-
postolus
Protestantes
& Antoniū
Sadelem
cum eis in
die iudicij
iudicabit.

& Bonifacium Germaniæ Apostolum. sic enim multi veteres auctores vocant, qui te cum Protestantibus, velis, nolis miser, in die iudicij iudicabit. Audi quid apostolica doctrina in libro vij. Clementis Rom. in extrema fere pagina dicat, postquam descripsit Clemens Catalogum eorum Episcoporum, quos sancti Apostoli, dum viuerent, ordinarunt, & ciuitatibus præfecerunt, subiunxit statim Clemens in persona Apostolorum, οὗτοι οἱ ὑφ' ἡμῶν ἐμπιστευθέντες τὰς ἐν κυρίῳ παροικίας, ὡν τῆς διδασκαλίας μνημονεύοντες παραφύλασσεθε τὰς ἡμετέρας λόγους, καὶ εἴη ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν νῦν τε καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους χρόνους, ὡς αὐτὸς εἶρηκεν ἡμῖν μέλλων ἀναλαμβάνεσθαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ θρόνον καὶ πατέρα. ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πᾶσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς σωτηρίας τῶ ἀϊῶνος, ἀμήν. Hi, inquit, sunt, quos

para-

paraclysis in domino proficimus; quorū doctrina semper memores, seruate sermones nostros; & sit dominus vobiscū nunc, & in infinita secula; vt ipse nobis dixit, cum esset ad Deum suum, eundemq; patrem ascensurus, ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationem seculi, amen. Interpretatus est Clemens in persona apostolorum, quatione sit Christus cū Apostolis in hac vita vsq; ad consummationem seculi, sicut promisit ascensurus in cælum, ratione scilicet successione episcoporum, quos apostoli, dum viuerent, ordinarunt, quibus doctrinam suam tradiderunt, & illi item alios ordinarunt, in quibus quia tamquam in successoribus censentur esse primi illi ordinarores, & magistri apostoli, quandiu Christus est cum successione ista episcoporum ab illa prima ordinatione episcoporum ab Apostolis facta proficentiu, tandiu est, & erit vsq; ad consummationem seculi cum Apostolis in Ecclesia. nunquam enim deficiet successio ista vicariæ ordinationis episcoporum. Itaque cum hoc, quod Apostolica doctrina hic præcipit, memores scilicet esse doctrine illorum episcoporum, quos ipsi Apostoli ordinarunt, & docuerunt, sic enim fieri, vt doctrina ipsorum apostolorum seruetur, nobis etiam, qui nunc sumus, præcipiat; consequens est, vt per successionem episcoporum illa ipsa doctrina, quam apostoli illis episcopis à se ordinatis tradiderunt, & illi alijs à se item ordinatis, ad nos vsque perducta sit, alioqui non hoc ad nos pertineret, quod apostolica doctrina nunc monet, & iubet, vt memores doctrine illorum episcoporum, seruemus doctrinam Apostolorū. Confirmat hoc sanctus Irenæus libro 3. contra hereses c. 3. sic enim ait, Traditionem itaq; apostolorum in toto mundo manifestatam in Ecclesia licet perspicere omnibus, qui vera velint audire; & habemus annunciare eos, qui ab apostolis instituti sunt episcopi in Ecclesijs, & successorum eorum vsq; ad nos, qui nihil tale docuerunt neq; cognouerunt, quale ab istis deliratur. Protestantes igitur, qui successionem episcoporum ab ipsis illis sanctis Apostolis ordinatorum non habent, non possunt meminisse doctrine à sanctis apostolis Ecclesie Dei per successionem Episcoporum, quos ipsi primum ordinarunt, tradita; neq; cum past. oribus eorum dominus est, quia non sunt uccessores illorum

Apostolica doctrina à Clemente Romano scripta.

Quomodo ratione successionis episcoporum in locum Apostolorū, sit dominus cū Apostolis in hac vita vsq; ad consummationem seculi, sicut ipse promissit.

Quomodo per successionem episcoporum factum sit, & fiat, vt doctrina Apostolorum quæ episcopis, quos ordinarunt, tradiderūt, vsq; ad nos perducta sit.

Quomodo Protestantes testimonio Apostolicæ doctrine non possunt meminisse doctrine Apostolorū, quia successores

Y illorum

nonem E- illorum episcoporum, quos Apostoli ordinarunt; ac proinde neque
 piscoporū ab illa radi- doctrina Apostolorum in eis est, ex quo tempore traditionem A-
 ce apostoli- postolicæ doctrinæ cū Episcopis respuerunt duce ac magistro Mar-
 ca per vica- tino Luthero monacho apostata. Immo verbum dei expressum re-
 riā ordinati- iecit Lutherus, cum Episcopos sustulit. dominus enim loquens cum
 onem pro- Apostolis expresse dixit, ego vobiscum sum vsq; ad consummatio-
 ficiscentiū nem seculi, quod alia ratione verum esse non potest, nisi quia in E-
 non habēt; bus eorum quos vocāt, piscopis, quos Apostoli constituerunt, dum viuerent, & constitu-
 nec Domin- endos postea curarunt, vt tu etiam fateris, Apostolos habemus.
 cum pastori- Et si verba successoris Apostolorum in aliquo auctore antiquo &
 bus eorum potest esse apostolico audire desideras, audi Dionysium in Epist. ad Demo-
 quos vocāt, philum monachum, αὐτὸς μὲν οὖν ἐπιδομῖα καὶ θυμῶ καὶ λόγῳ κατ'
 Quomodo- αἰετῶν ἀφόριξε, σοὶ δὲ οἱ θεοὶ λειτουργοὶ, καὶ τῶ τοῖς οἱ ἱερεῖς, ἱεράρχαι δὲ
 verbum dei- expresse sustulit in- τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τοῖς ἱεράρχαις οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ τῶν ἀποστόλων διά-
 expresse- therus, cum- doχοι. Quia Demophilus monachus tantum erat, qui seculum re-
 reiecit Lu- Episcoporu- successione- liquerat, nullius autem ministerij Ecclesiastici ordinationem ac-
 thorus, cum- sustulit in- ceperat, tu, inquit, præscribe cupiditati, iræ, & rationi, qua
 Episcoporu- Germania- docho. Quia Demophilus monachus tantum erat, qui seculum re-
 successione- Verbum suc- cessoris, quod
 sustulit in- cessoris, quod- requirit, in
 Germania- Verbum suc- cessoris, quod- Dionysio
 docho. Quia Demophilus monachus tantum erat, qui seculum re-
 liquerat, nullius autem ministerij Ecclesiastici ordinationem ac-
 ceperat, tu, inquit, præscribe cupiditati, iræ, & rationi, qua
 conueniunt; tibi autem diaconi, siue ministri Ecclesiæ; ministris si-
 ue diaconis præscribant sacerdotes: sacerdotibus, siue presbyteris
 Episcopi; Episcopis Apostoli, & Apostolorum successores. Et
 si vnus ordo est Episcoporum, & Archiepiscoporum, & vtrique
 sunt Apostolorum successores, tamen quia archiepiscoporum est
 ordinare, & mittere per provincias suas provinciales Episcopos, et
 eis præesse; honore & dignitate ac potestate propinquiores, & simi-
 liores sunt Apostolis, qui Episcopos mittebant, & ordinabant,
 quam Episcopi, qui non mittunt episcopos, sed presbyteros, quibus
 præsumt: idcirco archiepiscopos tanquam maiores Episcopis ab E-
 piscopis seiunxit, & successores Apostolorum, vocauit; tam etsi
 vt dixi, vtrique sunt successores Apostolorum, quia idem et vnus
 est eorum ordo. En Antoni habes Apostolici auctoris, & Pauli
 discipuli testimonium, esse in Ecclesia successores Apostolorum,
 habes de ista successione traditionem Apostolorum in toto mundo
 manifestatam, vt verbis Irenæi vtar, quam in Ecclesia licet per-
 spicere omnibus, qui vera velint audire. Quam qui pertinaciter
 apud

De succe-
 sionibus A-
 postolorum
 Episcopis
 Apostolorum
 traditio per

apud nos negaret, in omnibus cuncti orbis Ecclesijs siue Orientis, siue Occidentis, siue ad meridiem, siue ad septentrionem, hereticus haberetur, & quidem periculo capitis; sicut scriptum est, tollite molum de medio vestri. Habes denique, quod premere soletis, verbum Dei expressum. Quid enim clarius dicere poterat, qui dixit sanctis Apostolis ascensurus in caelum, ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. hoc enim non poterat aliter praestari, nisi loco Apostolorum, qui morte prohibebantur permanere, alios dominus in Ecclesia posuisset, & quotidie poneret, hi autem sunt Episcopi, quos ipsi apostoli ordinarunt, & qui illis deinceps successerunt, & usque ad consummationem saeculi, quandiu Ecclesia durabit, successuri sunt. Te autem, quia quae vera sunt, non vis in Ecclesia audire, sicut Irenaeus dixit, dicam iterum $\epsilon\gamma\epsilon\sigma\ \chi\epsilon\lambda\epsilon\iota\alpha$ decipit, ut Sanctus Epiphanius de Kerio scripsit, id est, contentio, quae in labijs est secundum etymologiam verbi huius, quasi dictum sit $\pi\alpha\rho\alpha\ \tau\omicron\ \epsilon\gamma\epsilon\mu\ \epsilon\pi\ \nu\iota\varsigma\ \chi\epsilon\lambda\epsilon\iota\sigma\iota\upsilon\ \epsilon\chi\epsilon\mu$. Quia enim contentiosus es, & labia tua contentione natant, omnes nugas, quaecunque in buccam veniunt, ad contendendum per inconsiderationem, vel potius amentiam arripis. Ut illud, non esse successum Apostolis, quia dominus praecipit illis, ut irent, & docerent omnes gentes, scilicet alij alias, non enim poterat vnus Apostolus ad omnes gentes proficisci, & omnes gentes docere, immo Matthaeus, & Iacobus Alphaeus, ut Hippolytus martyr auctor est, Hierosolymis tantum praedicarunt. Nega igitur Apostolos fuisse, quia non sunt profecti ad omnes gentes. Et naturam apostolatus fuisse ab eis adulteratam. Θ diuinum $\pi\alpha\theta\epsilon\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\mu$, qui eum vocas $\alpha\theta\epsilon\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\mu$ qui apostolatum, cum episcopatu confuderit, id est, qui episcopum vocet apostolum. $\alpha\theta\epsilon\omicron\lambda\omicron\gamma$ igitur fuit Paulus, qui, ut paulo ante dixi, Epaphroditum vocauit apostolum Philippensium, quod ministerium Episcopatus, aut docendi verbum Dei ministerium apostolatus esset: & apostoli episcopos ordinarunt, ut eorum loco sederent, ut traditio Apostolorum in vniuersis Ecclesijs cuncti orbis praedicata testatur. Sed qui tam mira sagacitate venatus es naturam

omnes cuncti orbis Ecclesias.

Quomodo auctore Antonio Sadele Mattheus, & iacobus Alphaeus, non fuerunt Apostoli.

Quomodo sententia Antonij $\alpha\theta\epsilon\omicron\lambda\omicron\gamma$ fuit Paulus.

Quomodo apostolatus, quomodo solertiam tuam fugit operatio miraculorum
Antonium qua voluit dominus, ut Apostoli sui doctrinam, quam omnibus gen-
 sagacem ve tibus predicaturi erant, confirmarent, sicut Paulus in Epist. ad
 natorem na turz Apo- tibus predicaturi erant, confirmarent, sicut Paulus in Epist. ad
 stolatus, fu- Hebr. c. 2. ait, loquens de salute, quam affert Euangelium, que
 git operatio inquit, cum initium accepisset enarrari per dominum, ab eis, qui
 miraculoru audierunt, (hi sunt apostoli) in nos confirmata est, contestante
 apostolica, Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti
 ministerio distributionibus secundum suam voluntatem. An videbatur tibi
 apostolatus necessaria.

Negat An-
 tonius Epi-
 scopos esse
 successores
 apostoloru
 ga Aposto-
 li immedi-
 diate sunt
 ordinati a
 Christo,
 quasi minus
 episcopi
 sint, qui
 mediate or-
 dinantur.

racula secundum voluntatem Dei? concederes ne esse successorem
 apostolorum? Dubitabam mecum, quid responsurus esses, quia penè
 oblitus eram alterum, quod requiris, & ad naturam apostolatus
 pertinere dicis, ordinari scilicet & πρῶτος, id est immediate à Chri-
 sto. Age ergo Antoni, putas ne minus episcopum fuisse Iacobu fra-
 trem domini, quem Petrus, Iacobus, & Ioannes episcopum Hie-
 rosolymæ ordinarunt, quam fuerunt ipsi ordinatores, qui à Christo
 in die Pentecostes per aduentum Spiritus sancti cum reliquis apo-
 stolis ordinati sunt episcopi? hoc enim Dionys. Areop. in Ecclesia
 Hier. testatur, & Hieron. in dialogo cōtra Luciferianos, & multi
 alij, ne omnes enumerem. Non legisti, quod Paulus de ordinatis
 pastoribus non πρῶτος à Christo, sed per ministerium Pauli dixit
 Mileti, attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit spi-
 ritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

Quomodo
 eiusdem au-
 thoritatis
 est episcops
 siue à Deo
 immediate
 ordinatus,
 siue per mi-
 nisteriu ho-
 minis, sicut
 eadem est
 auctoritas.

Quid igitur amplius requiris, si is, qui ministerio hominis ordina-
 tus est, non minus à spiritu S. ordinatus est, quam qui πρῶτος
 ab eodem spiritu S. ordinatur? an maior erat auctoritas verbi Dei,
 cum à Christo ipso predicabatur, quam cum à ministris eius legiti-
 mis nunc predicatur? minime. Similiter dicendum est de ordina-
 tione episcopi, siue à Deo fiat πρῶτος, ut in Apostolis facta est,
 siue à Deo fiat μετῴτος, id est, mediate à Deo, per ministe-
 rium,

rium, inquam, hominis, eiusdem auctoritatis est. Denique si per ministerium hominis, id est, Moisis, Deus Aaronem summum sacerdotem, & pontificem consecrauit, vnxit, & pontificali ornatu induit, cur non pateris similiter per ministerium hominis Pontificem Petri successorem, & episcopos Apostolorum successores consecrari, & ordinari? aut si ad concedendum nobis successores apostolorum tam insane requiris illud ἀμεσως, id est, immediate, restat, vt Matthiam neget numerum vndecim impleuisse, aut ei aliquid putet de natura apostolatus defecisse, quia non est ita ἀμεσως electus à Christo, sicut ceteri apostoli. Elegisse enim duos ex omnibus, qui cum Apostolis congregati erant, & statuisse illos, id est, praesentasse, vt nunc loquuntur, & orasse dominum, vt ostenderet, vtrum illorum elegisset, aliquid ministerij intermedij fuit. Dominus autem signo mirabili super Matthiam ostenso, siue splendoris, siue ignis, vt in die Pentecostes, quod signum, siue donum diuinum, vt Dionysius vocat, scriptura vocauit sortem, vt idem Dionysius in Eccl. Hier. c. de sacris ordinationibus interpretatur, illo inquam signo ostenso declarauit dominus Apostolis, se Matthiam elegisse, & ordinasse. simul etiam docuit, vt idem Dionysius ait, non debere episcopum sacras ministrorum ordinationes facere. ἀποκινήτω, ἀλλ' ὑπὸ θεῷ κενώσθω, id est, non suam voluntatem, sed Dei in ordinationibus faciendis sequi oportere. Ac sane quidem licet hic mirabilem Dei providentiam contemplari. Quia enim eò processurus erat hereticorum furor, & insania, & odium in summum hierarcham, & in reliquos episcopos, vt, quia episcopi non ordinantur in Ecclesia ἀμεσως, id est, immediate, negarent esse apostolorum successores, idque quò maiore licentia traditionem apostolorum per episcopos eorum successores Ecclesijs transmissam negare possent; prouidit dominus vt in electione vnus ex choro 12. apostolorum, aliquid ministerij apostolorum fieret, ne omnino ἀμεσως ordinatus esse diceretur, & esset. Non enim dicitur est Antonius Sadeel, nihil fecisse Apostolos, cum ex centum viginti, qui cum apostolis congregati erant, duos elegerunt, & in medio statuerunt, & orarunt, reseruantes Deo alterius illorum electionem ratam, quam dominus

verbi Dei, cum à ministro legitimo predicatur, sicut erat, cum ab ipso Christo praedicabatur.

Quomodo, si ad naturam apostolatus omnino requiratur ordinari sine medio, sequitur, aliquid de natura apostolatus defuisse Matthiae.

De electione Matthiae, & de sorte, quae cecidit super eum, quid sit.

Quorsum spectauerit diuina providentia, vt in electione, & ordinatione Matthiae aliquid ministerio Apostolorum fieret.

Quomodo aliquod simile fiat in ordinatione episcoporum ut factum est in ordinatione Matthix. signo diuinitus dato ostenderet, sicut fecit. Aliquid non dissimile fit in ordinationibus episcoporum in Ecclesia; cum clerus eligit assentiente populo, (non enim inuito, & renuente populo episcopus Ecclesia præficatur secundum Canonem Apostolorum) & dominus per signum sensibile impositionis manuum episcoporum à sanctis Apostolis, sicut à Christo acceperunt, traditum, dat diuinitus potestatem ligandi, & soluendi, quam sanctis Apostolis dedit. Sed videamus, quæ de pontifice Rom. nominatim disputas; sic enim ais;

1. Romanus autem Pont. quo tandem iure sibi apostolatū ven-

2. dicat? quia, inquis, est Romanæ Sedis episcopus. sic facis me respondentē, ut tuo more falsum sumas ad argumentandū. Ego. n.

Cōmentum Antonij, dice-
declis, q
nobis affi-
git de suo.

non hoc dico, quod tu fingis à me dici, Pontificem Romanū sibi Apostolatū, id est, pontificatum vendicare, quia sit Romanæ Sedis Episcopus; sed quia est successor Petri, super quē Christus Ecclesiam suā edificauit. Petrus enim caput Ecclesie erat, cū sedet Antiochis, ante quā ad Romanam Sedē veniret. Et si pontifex hodie in aliā ciuitatem sedē transferret, nō minus pontifex esset quā hodie in Romana sede est. Diuinasti autē hanc meā responsionē, sed eā rursus refellis hoc modo; Quid, inquis, si dicat, quia Petri successor est? at ne Petri quidem successorem alia ratione sibi tribuit, quā propter Ecclesiā Romanā, nulla igitur ratione pontifex Romanus apostolatus officiū sibi arrogat.

Cōmentum Antonij, dici à nobis episcopū Romanū vni Ecclesie Romanæ tantū & omnibus simul Ecclesijs præesse. Quod Ecclesia Romana & omnes alie Ecclesie catholice cuncti orbis vnā Ecclesiam catholicam efficiūt; cui præest successor Petri.

Semper sumis falsum ad concludendū, ut sit ratio tua semper ἀλογος. non enim successor Petri est propter Ecclesiam Romanā, ut tu fatue dicis, & putas, sed quia Pontifex Rom. successor Petri principis apostolorum, & totius Ecclesie est, idcirco in principe & matrice omnium Ecclesiarum Ecclesia Romana sedet. Neq; repugnat, vni Ecclesie Romanæ & omnibus simul Ecclesijs præfectū esse, non ut tu finxisti à nobis dici, vni Ecclesie Romanæ tantū, & omnibus simul Ecclesijs. Ecclesia itaq; Romana, & omnes alie cūcti orbis Ecclesie vnā Ecclesiam Catholicā efficiunt; & vna Ecclesia Romana diæcesis & ceteræ omnium aliarū Ecclesiarū diæceses vnā diæcesis sunt, cui summus pontifex præfectus est. Si mihi nō credis, crede Antoni celeberrimæ Synodo Chalcedonenſi, lege Canonem eius

eius XVII. si clericus (inquit) habet causam aduersus episcopū proprium, vel aduersus alterum, apud Synodum prouinciæ iudicetur. Quod si aduersus eiusdē prouinciæ metropolitanum Episcopus, vel clericus habet querelam, petat primatem diæceseos, aut sedem regie vr̄bis Constantinopolitanæ. Hunc canonem interpretatus est Nicolaus primus sanctis. Et eruditissimus pontifex in epist. ad Michaelem imperatorem ante annos prope octingentos, in quo, inquit, hic tenor obseruandus est, ut si videlicet clericus, aut episcopus aduersus metropolitanū habet querelam, et tanta vr̄getur necessitate, vel si hoc graue non ferat, vbicumq; sit positus, primatē diæceseos petat. Quod si iuxta Constantinopolitanam vr̄bem quisquā eorum constitutus, et solius præsulis iudicio velit esse contentus, petat eandem regiam vr̄bem. Cum enim dixisset, petat primatem diæceseos, præceptum posuit eadē sancta Synodus, regulamq; cōstituit: cū verò disiunctiua coniunctione addidisset, aut sedē regie vr̄bis Constantinopolitanæ, liquet profecto, quia hoc secundum permissionem indulgit. Ergo saltem nunc nō videtis ad maiora semper esse prope-
randum? et quanto magis ad potioris auctoritatis iudiciū tenditur querimonia, tanto adhuc maius culmen petendum est, quousq; gradatim perueniatur ad eam sedē, cuius causa aut à se meritis exigentibus in melius commutatur, aut solius Dei sine quæstione reserua-
tur arbitrio. Deinde subiungit, quem autem primatem diæceseos sancta Synodus dixerit, præter Apostoli primi vicarium nullus pe-
nicus intelligitur, ipse enim est primas, qui et primus habetur, et summus. Ne vero moueat, quia singulari numero diæceseos dictum est, sciendum est, quia tantundem valet, dixisse primatem diæ-
ceseos, quantum si perhibuisset diæceseon. Plenæ enim sunt scriptu-
re tali forma loquutionis. Deniq; scriptum est, fons ascendebat è terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Qui enim non ait, v-
nus fons ascendebat è terra, sed ait, fons autem ascendebat è terra,
pro numero plurali posuit singularē, ut sic intelligamus fontes mul-
tos per vniuersam terram, loca, vel regiones proprias irrigantes
&c. Hactenus Nicolaus Pontifex pergamus ad reliqua. sequi-
tur enim:

Testimoniū
Synodi
Chalcedo-
nensis, diæ-
cesim Ecce-
siaz Romanę
& diæceses
omniū alia-
rum cuncti
orbis Ecce-
siaz vnam
diæcesim
facere, cui
præest epi-
scopus Ro-
manus.